De
ΣΚΛΗΡΟΚΑΡΔΙΑ,
s.
Duritia Mentis
e ſententia Graecorum
Primo diſſerent,
PRAESES
M. VRBAN. GODOFR. SIBERVS,
Scand. Miſn.,
&
M. IO. CHRISTIANVS VVEIDNERVS,
Annaeburg. Saxo,
Ambo Seren. El. Sax. Alumni.
Ad D. III. Iulii, A. M DC XCVII.
In Auditorio Minori.

VITEMBERGAE,
Prelo CHRISTIANI KREVSIGII, Acad Typ.

AP 49. 25

Q. D. B. V.

VArium in transmittendis ad poſteritatem artibus & diſciplinis inſtitutum fuit, hominum aetate & doctrina antiqviſſimorum, tectumqve adeo & abſtruſum, ut miremur illud magis, qvam certa ratione aſſeqvamur. Neſcio enim an divinior aliqva vis illorum mentes ſic evexerit, ut qvae inde proficiſcerentur literae, ſplendore ſuo captum noſtrum hebetarent, an potius diffiſa ſibi qvaedam dubitatio deſtinato conſilio incerta ac flexuoſa magis implicuerit, aut de poſteritate ſeqvior perſvaſio eo homines deduxerit, ut ſuas artes verborum qvaſi velis obvolutas vel denſis tenebris obruerent, vel in profundo gurgite demerſas ſepelirent. Qvod, prout qvidem ſeſe habeat, profecto poſſet illud cum damno iunctum antiqvorum vitium perferri; ſi aliqvorum error caeteros ab iniuria futurae genti inferenda revocaſſet, aut ſi unius forte Heracliti monumenta, mortalium ex oraculi ſententia ſapientiſſimus cenſuiſſet δηλίου γέ τινος δεῖσθαι κολυμβητοῦ, ὅς οὐκ ἀποπνιγήσεται ἐν αὐτοῖς, aut ſi Chryſippi modo tenebras horreſcens Arianus exclamaſſet: ἔρχομαι καὶ ἐπιζητῶ τι λέγει, ἄρχομαι μὴ νοεῖν τι λέγει; ſed cum non paucis iſta fuerit communis animi pertinacia, &

Diog. Laert. cum Aldobr. & Menag. Obſerv. ed. Lond. p. 28.

Arrian. Comment. ad Epict. l. I. c. XVII.

tacita veluti ſua occultandi libido, ita ut iudicio Clementis ἄλλα βιβλία ἐπικεκρυμμένην τὴν τοῦ συγγραφέως βούλησιν ἐπιδεικνύωνται; digni ſunt omnino, qvi orbis indignationem, & iuſtiſſimum contemtum ferant, qvo ſua iam a longo tempore neglecta, & tacitò conſenſu plurimorum abrogata fuerunt. δίκαιον γὰρ ἐστιν εἰ μηδεμίαν ἐκεῖνοι φροντίδα διὰ τὸ γινώσκειν ἡμᾶς, ἃ γεγράφασιν, ἐποιήσαντο, μηδ' ἡμᾶς λιπαρῶς προσκεῖσθαι, ζητοῦντας τε καὶ καταμαντευομένους, ὡς λέγουσιν. At longe alia, & ab his ſeiuncta fuit ratio hominum ſanctiſſimorum, qvorum animus ex anguſtis qvibus tenebatur ſpatiis, ad auguſta beatorum templa evocatus, divinioris diſciplinae interpretamenta dedit, qvae ſi qvis ſegregata ab impuris & turbulentis cogitationibus mente legerit, τοῖς ἀχράντοις γὰρ, καὶ πάσης κηλῖδος κεκαθαρμέναις ψυχαῖς τὸ προφητικὸν ἐναυγάζει χάρισμα, nihil certe qvod obſcurum, fallax aut ambiguum, ſed ſingula percepta probe, expreſſaqve plane, & cum ornatu aliqvando explicata ſentiet, σαφῆ καὶ περιπεζίῳ λέξει, ὡς ὁ διδασκαλικὸς λόγος παρακελεύεται. Aut ſi qvae forte lectioni deditum morentur, πολυτρόπως γὰρ ἐνίοτε ἀλληγορεῖ, ὀνόμασι ποικίλοις τὸ ἀφελὲς τῆς πίστεως ἐξαλλάττουσα ἡ γραφὴ, is ſuo non interpretationis vitio medicinam ex praeſcripto ſapientum adhibere diſcat, ἢ μὲν τὰ σαφῶς γεγραμμένα μὴ νοήσας κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν, καὶ δὶς καὶ

τρὶς

Clem. Alex. Strom. V. p. 578.

Gal. de rat. eist. in morb. ac: Com. IV. p. 115.

Baſ. in ep. ad τοὺς ἐν Νεοκαισαρ. λογιωτάτους ed. Baſ. p. 568

Tzetz. in explan. ad Heſiod. ed. Plant. p. 104.

Cl. Alex. Paedag. l. I. c. IV. p. 84.

τρὶς καὶ πολλάκις ἀναγνώτω προσέχων τὸν νοῦν. ἢ γὰρ τοῦτο ποιήσει πάντως τοῦτ᾽ ἐννοήσει σαφῶς ἑρμηνευόμενον. Qvod nos qvidem ad ſacrum aliqvod effatum nonnulla commentaturos, iure ſuo ab explanatione ad verecuudam admirationem vertere debuiſſet, praeſertim cum non alieni prorſus a ſilentio cum veneratione ſacris monumentis debito eſſemus; at cum inſtaret, urgeretqve acrius ſacrorum Oratorum fere Princeps, cuius aliqvando Cappadocia ingenii & eruditae vocis theatrum extitit, laudaretqve ſubinde *τὸ φιλομαθὲς καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου* hominum exiſtimantium, *οὐ χρῆναι οὐδεμίαν ἀδιερεύνητον καταλιμπάνειν φωνήν*, adiungens illico, *τὸ πειρᾶσθαι τὸν ἐν ἑκάστῃ συλλαβῇ νοῦν ἐξιχνεύειν οὐκ ἀργῶν εἰς εὐσέβειαν εἶναι, ἀλλὰ γνωριζόντων τὸν σκοπὸν τῆς κλήσεως ἡμῶν*; cedendum primo his autoritatis armis, mox etiam obtemperandum duximus. Metuentes vero qvosdam fore, qvi qvam nobis explicandam vocem ſumſimus, illuſtrem ſatis ſuaqve luce ſeſe defendentem iudicent, hos ſcire volumus Explanatori non obſcuriora modo ſed clariora ſaepe & in luce poſita ad explicandum dari, idqve, ut rectiſſime Interpres Coi Senis ſenſit, *διὰ τοὺς σπουδάζοντας καταλλάττειν τὴν κατὰ φύσιν ἑρμηνείαν ἀλλοκόταις μεταφοραῖς, ἡγοῦντας ἀρετὴν εἶναι, λόγον τὸ διὰ παντὸς ἀφίστασθαι συνήθους, ὡς οὐδὲν διαφέρον, εἰ καὶ πρὸς τὸ χεῖρόν τις ἀφίσταται.* Qvo cum no-

Hipp. l. I. de Arte Sect. III. 59.

Baſ. praef. libri ad Amphil. p. 443.

Gal. ad III. Praed. Hipp. Com. III.

ſtras

ſtras pariter ac caeterorum rationes in enarrandis aliorum dictis ſatis demonſtratas arbitremur, iam qvod ſummum Numen felix & fauſtum eſſe iubeat, in ipſo

Cl. Al. l. II. Paed. c. VII. p. 173. hoc eruditorum coetu has explanationes, Clementis tamen lege ad diiudicandum ſiſtimus: *ἀπέςω δὲ ἡ φιλονεικία, κενῆς νίκης ἕνεκεν λογων, ἐπεὶ τὸ τέλος ἡμῶν ἡ ἀταραξία.*

§. I.

DVrities animi qvam cavendam ſacra monumenta ſvadent, apud Graecos una, ſed e duabus vocibus conjuncta appellatione σκληροκαρδία dicitur, qvam denominandi rationem, ita ſibi propriam diviniores mortalium doctores, eorundemqve poſteri fecerunt, ut ſaepius in horum qvidem monumentis, raro aut nunqvam in ullius profanorum libris legas, & mireris forte TERTVLLIANVM adeo amore huius vocis captum eſſe, ut qvamvis omnibus ad explicandum artibus ornatus eſſet, nec qvicqvam tamen voluptati aurium daturus, neglecta dictionis elegantia, diſciſſoqve minime, aut inter-

Tertull. contra Marc. l. V. ed. Baſ. p. 304. rupto, ſed confirmato maxime Graecorum vinculo *Duricordiam* ex eo forte inſtituto diceret, ut in ipſo nomine contentam aſperitatem rei, duro pariter & a Romanis abhorrente verbo demonſtraret; qvem ſecutus fere Langus obiectam a

Iuſt. Mart. Dial. cum Tryph. ed. ſol. p. 357. Iuſtino Tryphoni σκληροκάρδιον γνώμην. *duricordem mentem* parum eleganter reddidit. Nobis vero id permiſſum arbitramur, ut in partes diviſa appellatione, unamqvamqve harum, qvod nobis datum fuerit conſideremus, ſi prius illam ſpem, licentiamqve noſtram in ipſo Ariſtotelis praeſidio collocaverimus,

Ariſtot. de Moribus l. I. πεπαιδευμένου ἐςὶν ἐπὶ τοσοῦτον τ' ἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαςον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται.

§. II.

Ergo durum illud, qvod e mente ſanctiorum extermi-

nari

mari volunt S. literae, nota ſatis, & recepta, ſi ſeorſim ſpectes, appellatione, divini doctores deſcripſerunt, niſi immutatam paulo illam, & nova qvaſi decoratam facie contendere velis; hoc enim eſt, qvid affirmant docti, voces plurimas, pari caeterum rerum fato, vel formae qvoddam decrementum, vel incrementum potuiſſe. Qvod hoc qvidem loco minus dubium videtur, praeſertim cum Trojani belli ſcriptor, hac voce nunqvam uſus fuerit ad explendum vel exornandum numerum, ſed diverſa paulo alia, qvam deinceps ſinguli Interpretes τῦ σκληρῦ notione expreſſerunt. Hinc nemo dubitabit, anteqvam τῦ σκληρῦ, verbiqve σκληρύνω uſus invaleſceret, τὸ σκέλλειν potius & σκελετεύειν, τὸ ἀσκελὲς, & deducta inde alia, magis ab antiqvis uſurpata eſſe, donec tandem temporis ſucceſſu, exinde τὸ σκληρὸν exoriretur. Qvod teſtis locuples, & omnium neglectas vices expleturus, Praeſul ille Theſſalonicenſis confirmabit, qvi ἀπὸ τῦ σκέλλειν τὸ σκλῶ, ἄῤῥητον illud ϗ ἀχρεῖον ῥῆμα tum vero etiam τὸ σκληρὸν deduci perhibet, qvod Graeci, ſvavitatis cauſa ſoliti peccare, & ſuo more τὰ ϛοιχεῖα εἰς τὸ εὐγλωττότερον ἀλλάττοντες κατὰ ϛυγκοπὴν σκληρὸν dixerunt. Euſtath. Il. ψ. 5. 191. ed. Rom. p. 835. Schol. Ariſtophan in Av. p. 549.

§. III.

Qva qvidem ratione natales vocis certi ſatis videri poſſent, niſi qvem citavimus Euſtathius vacillans qvaſi fluctuaret, & illud ipſum caput, in qvo momentum rei collocatum credebamus, infirmum, Homeriqve verba, qveis Hectoris extinctum corpus nube ab Apolline contectum inqvit, μὴ πρὶν μένος ἠελίοιο σκήλῃ ἀμφὶ περὶ χρόα ἴνεσιν ἠδὲ μέλεσσιν, diſſenſionem Interpretibus conciliaſſe affirmaret, an τὸ σκήλῃ potius a σκάλλω, qvam a σκέλλω repetendum eſſet. Horum argumento, εἰ γὰρ ἐκ τῦ σκέλλω ἦν, ὅθεν τὸ σκλῶ, διὰ διφθόγγυ ἂν εἶχε τὴν παραλήγυσαν, cum premi virum videamus, gravatum iſto pondere levemus, vel ſi aetati noſtrae illa denegetur gloria,

ria, Interpres Coi Senis eruditum Praeſulem ad ipſas antiqvorum tabulas deducat, docturas qvidem apud veteres diverſam paulo literarum formam extitiſſe, eandem vero poſteris

Gal. in VI. Morb. Popul. Hipp. Com III. neglectam, recentiores in errorem deduxiſſe. γραφόντων γὰρ τῶν παλαιῶν τόν τε τὸν. η. δίφθογγον καὶ τὸν τῦ. ε. δι' ἑνὸς χαρακτῆρος, ὃς νῦν μόνος σημαίνει τὸν ἕτερον φθόγγον, πολλὰ γέγονεν ἁμαρτήματα τῶν ἐγγραφομένων οὐ κατὰ τὴν γνώμην τῶν γραψάντων τὴν μετάθεσιν τῶν γραμμάτων ποιησαμένων. Vel ſi minus id ad pervendendum valeat, accedat, qvi ad nos pervenit antiqviſſimi

Schol. Hom. Il. ψ. 5. 191. p. 376. Interpretis auctoritas, τὸ σχήλη per σκληρύνη explicantis, qva qvidem nos metipſos ad credendum impulit, ſe illam, qva Homeri ſcribae uſi, literarum formam aſſecutum, (φασὶ γὰρ

Ioſeph. Antiqs. Iud. contra Ap. l. II ed. Baſ. p. 917 οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι καταλιπεῖν τὴν αὐτοῦ ποίησιν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐκ τῶν ᾀσμάτων συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας,) natales vocis explanatione ſuavere demonſtraſſe, hos vero fruſtra ab Euſtathio τὸν τῆς παραληγούσης δίφθογγον poſtulasſe.

§. IV.

Sed ut proficiamus aliqvid, nec horum expectationem retardemus, qvi tenuem e dictis fructum conſecuti, utiliora magis praeſtolantur, progrediamur, oſtenſuri qva mente apud veteres acceptum fuerit, & qvam verecunde ex illorum libris ad ſacra monumenta fuerit translatum. Qvod dum molimur, non ſine ratione illos accuſamus qvi de proprietate vocis ſolliciti neglecto tamen primo & vero hujus uſu, in ſe-

Euſt p. 871. Var. Camers in voce ἀγρόικος. cundo ſeu translato ſubſtiterunt, ſic, ut, qvod ſciamus, omnium Euſtathius ἐπὶ τῶν ναστῶν τιθέναι, conſveta animi ſolertia notaverit, qvem Varinus Camers, multo poſt ſecutus κυρίως ἐπὶ τῶν σωμάτων exponi, memoriae reliqvit, ubi tamen adhuc haeſitantes ſubſteremur, ne ad τῶν σωμάτων cenſum τὰ αἰσθητὰ ſolum, interqve ea τὰ δοῦλα σώματα, vel οἰκετικὰ redegerit; qva appellatione ſervos, ſervasqve antiqvis orandi & iuris dicundi peritis veniſſe, cum a nobis obſervatum, tum vero etiam

iam ex Hier. Magio, & Caſaubono, Mauſſaco confirmatum fuit. Qvare non prorſus qvidem Euſtathii ſententia ſuffragio doctorum roborata reiici meretur, praeſertim cum ναστὸν, ſeu denſum illud aliis per τὸ πυκνὸν, μεστὸν, μὴ ἔχον ὑπερεμφόν τι explicetur, qvin & ipſe Philo, hanc orbis univerſi molem ναστὸν καὶ τῶν ὄντων βαρύτατον dixerit; nec tamen omni abſoluta numero cenſenda eſt, extantibus autoritatis ſummae viris, qvi rerum ac verborum pariter ὀξυδερκέστατοι cenſores, de vero vocis uſu tempeſtive monuerunt.

Hier. Mag. Miſcell. l. I. c. 12. Iſ. Caſaub. l. V. Animad. in Ath. c. 10. Mauſſac. Not. ad Harpoc. p. 125.

§. V.

Et primus qvidem inter omnes honor, divino arte & ſenectute venerando Hippocrati debetur, qvi, ut medicinam cum rerum naturalium cognitione iunxerat, ſic huius vocis ſenſum, qvo diverſarum rerum indoles exprimebatur, optime ſuggeſſit. Accedens enim ille propius, & acrius contemplans, fereqve digitis attingens σκληρὸν dixit, τὸ τοῖς δακτύλοις οὐ πιεζόμενον, qvod tactui non cedit, qvod digitis comprimi non poteſt. Qvam Senis ſententiam Princeps ſapientum, ὃς ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀγχινοίας τὴν ὅλην κατώρθωσε φιλοσοφίαν, qvi titubantem fere ſapientiam erexit iterum, & ſuo ſtare loco fecit, Ariſtoteles ſecutus, eadem fere ratione τὸ σκληρὸν deſcripſit, τὸ μὴ ὑπεῖκον εἰς αὐτὸ διὰ τὸ ἐπίπεδον, qvod Franciſco Vatablo obſcure convertente: non cedens in ſe ipſum ſecundum ſuperficiem, nos circumſcribimus, cuius extrema pars, ſeu ſuperficies propter ſolidiſſimas totius corporis partes, intra ſe, vel introrſum cogi non poteſt. Et qvo minus dubii relinqvat Ariſtoteles, ſe Coo ſuffragatum, haud ita multo poſt fatetur, ſe tactu ſolo iudice durum a mollitie ſecernere, δῆλον, ὅτι καὶ τὸ σκληρὸν καὶ τὸ μαλακὸν ἁπλῶς πρὸς τὴν ἁφὴν ὡρίσαμεν, ὡς μεσότητι χρώμενοι τῇ ἁφῇ. διὸ τὸ μὲν

Heren: Philo, qvem vulgus Ammonium vocat, in Vita Ariſtot. Ariſtotel. Meteorolog. l. IV. c. IV.

ὑπερ-

ὑπερβάλλει αὐτῆς σκληρὸν, τὸ δ' ἐλλεῖπον μαλακὸν εἶναι φαμὲν. Nec Chaeronenſi, ὃς ἀδελφὰ τούτοις ἐφιλοσόφησεν, aliam fuiſſe mentem credimus cum τὸ σκληρὸν per τὸ ἀντίτυπον exponeret, qvippe qvod repellat ictum, illiſumqve malleum reſultare cogat; a qvo etſi Svidas, arte magis qvam e veritate diſputans, abire videatur, cum τὸ ἀντίτυπον deſcriberet, οὐ τὸ μὴ ὑπεῖκον τῇ ἀφῇ, ἀλλα πᾶν φυσικὸν σῶμα τὸ προσπῖπτον καὶ θυγγάνων τῆς ἀφῆς, Plutarchi tamen maxime ſententia, conſenſu plurimorum approbata, acuto hominis commento anteferri debet. Qvi vero τὸ σκληρὸν per τὸ στερρὸν reddiderunt, etſi non aberraſſe adeo putandi ſint, voce nimirum iisdem fere rebus attributa, qvibus cum τὸ σκληρὸν conferri ſolet, eademqve Poëtarum Principis, & aliorum inſuper auctoritate, confirmata; attamen cum vix reperias, illam in translato ſenſu ad ſiniſteriores partes tractam, ſed στερρὰν ψυχὴν fortem & conſtantem animum in laude potius & honore collocatum eſſe, non aptam ſatis judicamus, qvae hoc qvidem loco cum noſtra conferatur.

Plutarch. libr. de exilio.

Suidas in voce ἀντίτυπος.

§. VI.

Sed non contentus aliorum more Cous, cum verbo verbum commutaſſe, illud etiam egit, ut, qvod in Homero laude dignum cenſuit Porphyrius, αὐτὸς ἑαυτὸν τὰ πολλὰ ἐξηγούμενος, modum ſimul atqve rationes adderet, qvarum ope illud qvod duritiem efficiat, cognoſci poſſet. Qvas qvidem nos prudentes praeterimus, modo meminiſſe liceat Hippocratem τοῦ σκληροῦ primordia in nimio calore collocaſſe, & illud non ſolum ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, μᾶλλον ξηρανθὲν σκληρύνεσθαι ſed ſaepius praeterea ἀπὸ τοῦ θερμοῦ πηγνύμενον, ξηραινόμενον, κεκαυμένον & στερεούμενον affirmaſſe, qvem Philoſophus una cum Galeno & magna reliqvorum turba ſeqvens, durum qvidem illud, in qvo πλέον τοῦ ξηροῦ,

Hipp. de uſu humid. Sect. VI. aph. IV.

ξηροῦ, ſed ea tamẽ lege dixit, qva non ab igne modo aut calo- *de natur.*
re, ſed ab algore nimio nonnunqvam τοῦ σκληροῦ origo pe- *pu. ri. p. 138.*
tebatur. Ita vero Ariſtoteles: Φανερὸν, ὅτι ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυ- *de diset.*
χροῦ συνίσταται τὰ σώματα, & Galenus κατὰ διττὸν τρόπον σκλη- *libr. I. p 179.*
ρύνεται τὰ σώματα πότε μὲν διὰ βάθος ὅλα σφοδρῶς ψυχό- *Ariſtotel Me-*
μενα, πότε δὲ ἰσχυρῶς ξηραινόμενα. Nec tamen nobis tem- *teorL IV c. 8.*
perare poſſumus qvin rem ſaepe agitatam animo, nec ad *Gal ad II. Praed Hip-*
liqvidum ratione perductam hic deſignemus. Renatus *pocr. Cap. II.*
enim Pedrierius Pariſinus, carmen Orphei de gemmis & lapidibus interpretatus, omnino nobis veritate excidiſſe, necad illam rediiſſe viſus eſt cum duce ſuo, qvi Trajecti nuper illum qvaſi emendatum denuo produxit. Cum enim Orpheus, vel qvisqvis demum parens atqve autor fuerit, de lapide Corallio, qvem Dionyſius Alexandrinus, Pedacius Dioſcorides, & e latinis Plinius, vel ἀπὸ τῆς κόρης, vel
ἀπὸ τῆς κουρᾶς Curalium dixerunt, memoriae mandaſſet, *Dionyſ. Alex.*
illum e profundo maris eructatum & ab aere conſolida- *ed Pariſ. Steph. p. 181.*
tum κρατυνομένην ἑρδασθαι, δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα πάγῳ περι- *Plin H. N. l.*
παχνωθεῖσαν πετροῦσθαι: Renatus argumentis fide deſti- *32 c. 2. p. 449.*
tutis ſic convertit: *glacie ſuperinducta in petram degene-* *Orph. ed. cur,*
rat, qvo ſe & rerum naturalium expertem, nec nimis adeo *Ioh Chr.*
peritum Graecarum literarum prodidit. Etſi enim hoc *Eſchenbach.*
vel maxime demus πάγον de glacie dici, hoc tamen loco, *Trai ad Rhen. p. 224. 225.*
qvae ſupra maris oram ſurgunt petrarum aſperiores eminentiae, ejusqve ἐξοχαὶ πετρώδεις, ὀξεῖαι πέτραι, ὄχθαι, αἰγιαλοί tum ſaxa etiam & ſcopuli in littore defixi deſignantur, qvo ſenſu & Homero uſurpatum, & Interpretibus acceptum fuit. Qvare merito Bochartus, & ſuo qvaſi iure, qvamvis hunc non emendarit locum, de caeteris tamen vere iudicavit: Barbarum Interpretem ita detorſiſſe ſingula, ut nec qvicqvam fere boni ſenſus reliqverit.

§. VII.

Hinc verſo gradu Coum repetentes audiamus, qva porro ratione durum illud expoſuerit, haud vana enim ſpes implevit mentes noſtras, fore, ut qvas ille voces verbo addidit de vero ſenſu omnes certiores reddant, nec leve adeo conſilium eſt viſum, qvo dignus purpura Porphyrius iam dudum ſvaſit ἐκ τῶν παρακειμένων ἰχνῶν τὰς ἐξηγήσεις δεῖ παρατηρεῖσθαι, καὶ τὰ ἐν διαφόροις ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανοίας παραλαμβανόμενα εἰς ἐξήγησιν τῶν ἀσαφεστέρων. Qvod dum exeqvimur, dignum memoratu arbitramur σκληρὸν Hippocrati ξυλῶδες ſeu ligno ſimile fuiſſe, qvod idem paulo poſt ὅμοιον λίθῳ cum lapide aeqviparandum duxit, idqve hoc ſignificantius, qvo lapis ligno durior, ac firmior habetur. In qva divini hominis ſententia, qvantum veritatis inſit ex eo licet colligas, qvod mortalium doctiſſimos, & qvos omnis aetas exemplo poſteris ad imitandum dato, veluti magiſtros literarum coluit, ſuffragatores habeat, qvos nemo certe ſibi in rerum naturalium deſcriptione plus indulſiſſe iuſto, aut nimia licentia defunctos credat, ſed legi potius & inſtituto, doctrinaeqve ſapientum inſiſtentes, conveniente rei & accommodata dictione explicaſſe. E multis vero ſcias Theocritum hoc ſenſu accepiſſe, is enim eius vim virtutemqve veram expreſſurus non nudi lapidis, ſed adamantis notione uſus eſt, εἴ τις ἔσω ἐν τῷ ᾅδῃ ἀδάμας, qvod ſatis explanator ſentiens, inſpecta qvaſi mente viri divini ſpiritus ita tranſtulit, σκληρότερος ὢν δηλονότι τοῦ παρ' ἡμῖν ἀδάμαντος; cumqve idem ille virginem amori minus reſpondentem, prorſus lapidem εἰς τὸ πᾶν λίθον appellaſſet, Interpres brevitatem explanationis gravitate aeqvaturus, ſingulis ſatisfeciſſe viſus eſt, cum eius loco τὸ σκληρὸν reponeret; nec aliter ſibi faciendum cenſuit, cum πέτρας ἀποκομμ' ἀπεράμνω, περι-

Porphyr. qvaeſt. Hom. a Camer. ed. p. 300.

de diaet. l. II. p. 237.

de carn. p. 121.

Theocr. Idyl. 2.

Idyll. 3. p. 116.

Idyll. X p. 164.

περιπέζῳ λέξῃ commutandum eſſet, cuius loco πέτραις, λίθοις, σκληρότατε, preſſe pariter, & eleganter dixit.

§. VIII.

Progreſſus vero ultra terminos, qvos intra Cous ſe tenuerat, non ligno modo atqve lapidi, ſed ferro qvoqve illud durum tribuit, qvi ſapientis cognomento celebratus olim fuit Sophocles: τὸν ἐγκρατέςατον σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ θραυσθένια καὶ ῥαγένια πλεῖςτ' ἂν εἰσίδοις. Qva qvidem obſervandum vice ducimus Sophoclem τὸ περισκελὲς loco τῦ σκληρῦ qvod paulo ante in exprimendis hominum qvorundam moribus adhibuerat, ſolerti conſilio uſurpaſſe, cum tamen qvibus in ferro deſcribendo uteretur, plures adhuc voces ſupereſſent. Ex qvo colligas, neceſſariam plane hanc τῦ ὀνόματος αὐτότητα ipſi viſam fuiſſe, qvippe qvam ſplendidioris eloqventiae magiſtri, ſi τῦ πράγματος ἓν ὄνομα ᾖ τὸ ἐνεργέςατον non concedunt modo, ſed qvaerunt etiam, fereqve poſtulant, cum ſi qvis eo loco ambitu utatur, nihil certè aliud efficiat, qvam qvod dudum cenſuit Hermogenes, ἐπίδειξιν μὲν ἄκαιρον ἐποιήσατο, χρείαν δὲ ἀπολώλεκε τῆς γραφῆς, intempeſtivam copiam oſtentat, ſcriptiqve utilitatem perdit. Qvod cum Enarrator cuius nomen latet vel non aſſecutus ſatis, vel explicatione longiore minus dignum cenſuiſſet, ſuccinctam eius nec apertam ſatis dicendi rationem expleturus Demetrius Triclinius hoc addidit: τὸ περισκελὲς ἢ πρὸς τὸ ἐγκρατέςατον συναπτέον, ἢ πρὸς τὸ ὀπτὸν ἐκ πυρὸς, οὕτως εἰσίδοις ἂν καὶ θεάσαιο τὸν ἐγκρατέςατον σίδηρον θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖςα καὶ κατὰ πολὺ ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ, ἤτοι ἄγαν βαφέντα καὶ ἔντονον γενόμενον. A qvo non diſcedens Graecae ſapientiae Oceanus Ioach. Camerarius, (ita Virum ornat par ipſi in his literis, caeteris vero omnibus maior, C. S. Schurzfleiſchius) video, inqvit περισκελὲς durum exponi,

Soph. Antig. ed. Steph. p. 233.

Hermog. de eloq. Meth. c. IV. p. 820.

Demetrius Triclinius ad Soph. l. cit.

Ioach. Camer. in Comment. ad Soph. 173.

hoc tamen etiam loco undiqve ſignificare puto; qvod mentem vocis parum mutat, cum id, qvod undiqve & qvaqva verſum durum ſit, omni mollitie privatum habeatur. Qvin imo iſtam Pabepergenſis interpretationem, tanto maiori pretio habemus qvanto nos in capiendo qvodam Senis loco certiores reddidit. Cum enim caeteri Interpretes dicente Coo, οἷσιν ἐξαίφνης ἀπυρέτοισιν ἔωσιν ὑποχονδρίου, καὶ καρδίας π.ν@., καὶ περισκέλεα καὶ τὰ κάτω μέρεα exiſtimaſſent, diviſa voce περὶ σκέλεα Hippocrati de cruribus ſermonem fuiſſe, & ipſe etiam Anutius Foeſius Mediomatricus a ſe non impetrare potuiſſet, qvo minus horum partes ſeqveretur, nobis qvidem illud perſvaderi non potuit, qvippe qvibus non probatur, cur a praecordiis ad crura, & ab his ad alvum Cous ſit transgresſus. Qvare nos omnino Camerarium & ipſum adeo Hippocratem ſeqventes hanc coniungendam vocem & pectori attribuendam iudicamus, qvi, ſi ſpatium haud ita longum retro ſpiciamus hoc confirmaturus ait: οἴδημα ἐν ὑποχονδρίοισι σκληρὸν μὲν ἐὸν κάκιστον, ἢ παρ' ἅπαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον, ſi totum pectus & omnes adeo illius partes qvaqvaverſum durae fuerint, ac iterum de filio Hippolochi cum diceret ᾧ ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισί τι περιλαμβανόμενον περὶ ἀμφότερα εἶν τωυτὰ σκληρὸν Interpres convertit cui in praecordiis utrinqve collectum erat durum qvid; qvod ſi cum caeteris Foeſius neglexerit, nos qvidem minus exprobramus, nec Seni tamen labem aliqvam inferri ſuſtinemus.

Hipp. Coac. Praes. l. II. Sect. II. aph. 261.

Anutius Foeſ. Mediom: in Comment. ad l. cit.

Hipp. de morb. popul. l. IV. Sect. XV.

§. IX.

Lubentes vero iam ſemotis ferro & lapidibus, gratum oculis ſpectaculum plantas videremus, daturas qvippe non minorem illa voluptatem, qvam olim Plinio exhibuerunt, & ex omni forte numero has ſeligeremus, qvas Anazarbeus Dioſcorides σπέρμα ναστὸν σκληρὸν λιθῶδες καὶ στρογγύλον Plinius

Dioſcor. l. III. c. 63 & 5. 149.

nius lapillos candore & rotunditate margaritarum, duritia *Plin. H.N. l.*
lapidea proferre volunt. Sed feſtinantes ut coeptum exe- *XVII. c. XI.*
qvamur, oſtenſo qvaſi e longinqvo campo praeterimus. In
ipſo tamen curſu conſiſtentes illos audiamus, qvi oblato ſale
ſe duritiam demonſtraturos nec admirando nec ſpernendo
etiam conatu pollicentur, praeſertim ſi, qvod caeteroqvin
doctus homo, Hiſtoriam ſalis ſcribens, & Hermolao forte
Barbaro aut Plinio plus iuſto credens aſſerit, probari poſſit,
ſalem aliqvando ita durum eſſe, ut ne clavis qvidem ferreis
ſcindatur. Hi vero ſciant, e Plinio conſtare nobis Hamma-
nientes iſta ſoliditate ſalis, ut domus inde ſibi ſtruerent al-
lectos eſſe, nos vero etiam adhuc de gente dubitare. Si e-
nim vel ex ipſo Plinio perſpiciamus eam regionem qvam
Hammanientes incolebant arenis qvaqvaverſum circum-
datam fuiſſe, docente illud inſuper Alexandrino Dionyſio, *Euſt. in παρεκβολ. ad*
una cum Explanatore, vix fidem nobis facit tales ibi mon- *Dion. Alex.*
tes extitisſe, e qvibus more lapidis ſalem foderent. Ac *ed. Rob.*
qvamvis etiam Herodotus cuius mentionem facere Pli- *Steph. Par.*
nius dedecori duxit, *χόνδρυς* eqvidem *μεγάλυς ἐν κολωνοῖσι*, *p. 37.*
qvos Valla grumos & micas, Stephanus fruſta, Feſtus colle-
ctionē terrae minorē tumulo converterunt ibi reperiri di-
cat, ac forte etiam per *τὺς κολωνὺς* non tumulos aut aggeres,
vel tumentē terrā cum Valla, Stephano & Iſidoro, ſed mon-
tes potius cum Homero Apollonioqve deſignaverit; nihi- *Iſid. Orig. l.*
lo tamen minus aberrasſe paulo Plinius, & Hammanien- *XIV. c. XI.*
tum loco, Atlantes nomen a ſale ſortitos dicturos esſe vi-
detur, in qvorum tractu parens hiſtoriae *ἁλὸς μέταλλον ἐ-*
ναι διὰ δέκα ἡμερέων ὁδῦ, καὶ οἰκία τύτοισι πᾶσι ἐκ τῶν ἁλινῶν
χόνδρων οἰκοδομέασθαι. Et ne qvis forte ſalem aqva ferru- *Herm.*
minatum esſe credat, qvo figmento ſibi Hermolaus pla- *Barb. l. V.*
cuit, addit illico *ταῦτα γὰρ ἤδη τῆς Λυβίης ἄνομβρά ἐςι, ὐ γὰρ* *Coroll. c. 679*
ἠδύναιατο

Herod. ἠδύναίατο μένειν ἐόντες ἅλινοι εἰ ὗε, vacant autem imbribus,
Melp. c. 178. nam ſi plueret illic, non poſſent manere parietes ſalis.
p. 322. ed. Il. H. Steph.

§. X.

Sed ſuos hiſce ſalis tumulos & arenas relinqventes,
ad aqvas commodum pergamus, cum ne illas qvidem ſine
fructu ſpectaturi ſimus. Recordamur enim litis, & no-
tatos fere veteres videmus, qvi aqvis & vel ipſi vino durum
Euſt. p. 871. aliqvod ineſſe voluerunt. Ita enim Euſtathius σκληρὸν δὲ
Gal. de dif- ὕδωρ εἰπεῖν ξενίζει πολλούς, Galenus vero accuſationem mo-
fer. pulſ. l. deſtia temperaturus, illud ἐκ μεταφορᾶς factum arbitratur;
III. qvam Item etſi noſtram facere nolimus, ex ipſo tamen
Sene meminiſſe iuvat illum validis adductum rationibus
σκληρὸν de aqvis ſine translatione aliqva pronuntiaſſe. Sen-
Hip. libr. de tiebat enim qvasdam illarum non modo eſſe ἀνέψανα, ἥκι-
aëre aqv. & στα ἕψειν ἀγαθὰ vel ut cum Pedacio Dioſcoride loqvamur,
loc. Sect. ἀκατέργαστα, δύσπεπτα, δυσμετάβλητα, aut cum Galeno,
XX. aph. 3. ἐπὶ τοῖς ὑποχονδρίοις χρονίζοντα καὶ τὸν γαστέρα πλήττοντα, ſed
P. diſc. Di etiam in illis plurimum τῆς γεώδους οὐσίας vel σταθμῶδες de-
oſc. l. II. c. 81. prehendebat. Qva natura cum vina qvaedam eſſe prae-
dita conſtaret, pari ratione & τοῦ σκληροῦ, αὐστηροῦ, & ψαφαροῦ,
Erot. dict. nomen illis datum, & prudens illud etiam commentum
Hippocr. homini excogitatum eſt, qvo durum & terreſtre ſacco ſe-
Athen. l. 1. cerneretur, a qvo deinceps Graeco ore οἶνος διαχεόμενος,
c. XXI Theophraſto οἶνος ἠθικός, (qvod Gaza vinum morale tan-
Theoph. l. qvam moribus temperatum convertit,) Latino diffuſum,
VI. de cauſ. & excolatum, Plinio faccis caſtratum, viribusqve fractum
Plant. eo loco dictum, qvo de ebrietate vitanda eleganti
Plin. l. XIV. ratione verba fecit.
c. 22.

VA1158 1693